

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

§. 7. Pontificiae constitutiones quam habeant vim obligandi

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

sedentes, controuersias & causas examinent. In hoc auditorio cuncta iuxta doctrinam, prudentiam, aequitatem & iustitiam definiuntur.

Congregationes aliæ Emm. DD. Cardinalium concernentes alia negotia.

Cong. 4. Pro vbertate annonæ status Ecclesiastici.

Cong. 6. Pro Classe paranda & seruanda ad status Ecclesiastici defensionem.

Cong. 9. Pro status Ecclesiastici Grauinibus subleuandis.

Cong. 10. Pro Vniuersitate studij Romani.

Cong. 13. Pro Vijs, Pontibus, & aquis curandis.

Cong. 14. Pro Typographia Vaticana.

Cong. 15. Pro Consultationibus negotiorum status Ecclesiastici.

§. 7. Pontificiæ Constitutiones quam habeant vim obligandi.

15. Decreta Pontificum siue mediante Concilio Generali, siue aliàs lata vim obligandi habent.
16. Eriam extra Corpus Iuris contenta post legitimam publicationem.
17. Legem Pontificiam in sua Diocesi nec promulgatam nec vsu receptam non obseruans

seruans

seruans peccati damnandus non videtur.

18. An idem dicendum de Decretis Pontificum solos Regulares concernentibus.

19. Legem laram à S. Pontifice quando non liceat rejicere.

20. Confessarij munus vnde difficile reddatur.

Dictum est §. 2. Ius Canonicum componi vel ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum; ambo hinc nomine Pontificiarum Constitutionum comprehendo, eo quod Concilia quæcunque à Papa tantummodo robur accipiant, à quo nisi confirmentur, vim obligandi nullam habent; nonnulla Concilia etiam generalia, hoc ipso quod à Pontificis Regula & institutione recesserunt, in fide errasse leguntur. Hæc igitur Decreta seu Constitutiones Pontificum, siue mediante Concilio, siue aliàs lata, in quantum Regulares potissimum concernunt, cum sint Basis & fundamentum, cui tota huius Summule fabrica innicitur, earum ante omnia præcognoscendus est valor, & vis obligandi. Vtraque igitur tam conciliorum (intellige generalium; nam Provincialia quæcunque neque definiendi, neque generaliter constituendi vim aliquam habent, sed tantum curandi, vt id seruetur, quod

XV.

Decreta Pontificia siue mediante Concilio generali, siue aliàs lata vim obligandam habent.

quod aliàs statutum est; licet interdum & quæ ab his rectè statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat. Lanzel. *Instit. l. 1. tit. 3. vers. Prouincialia.*) quàm Summorum Pontificum Decreta necessariam habent obseruantiam ostendit Barbos. *in Proëm. Decreti. n. 7. vers. Ex quibus.* Etiam ea quæ in Decreto referuntur à Gratiano nisi ostendatur Exemplar in contrarium, siquidem passim hanc fidem illi, etiam Pontifices attribuant. Addit rectè P. Marchant. *in fund. 12. Regula Min. tit. 11. q. 1. fol. 89.* In Legibus, Decretis, Constitutionibus, Indultis Apostolicis tamdiu permanere auctoritatè Apostolicam, donec per derogationem, cassationem, vel reuocationem abrogantur, idquæ per clausulas sufficienter abrogatorias.

Quantum ad Concilia, obseruat P. Rives *in Epith. Concil. Præudio 7.* quandoque in Concilijs generalibus determinari aliquos mores seu ritus, ac tales determinationes ab omnibus seruari debere; quandoque verò in concilijs agi de moribus seu ritibus non decretando, sed solùm dirigendo, tunc licet etiam seruari debeant ritus, & mores Ecclesiastici in præcedentibus Concilijs dati, nihilominus si ratio temporis in posterioribus Concilijs aliud postulare videtur, poste-

Posteriora Concilia poterunt aliud deter-
 minare. Distinguit item in Præudio Brevis
 Historiæ inter Concilia generalia, quæ Pa-
 trum congregat, ita quod ab eodem congre-
 gatum ex Clericis tantum & Populo Ro-
 mano, regulariter non contineat eam au-
 thoritatem, quam habet concilium gene-
 rale, quod congregat ex omnibus Episco-
 pis. Inter hæc etiam prævalere authorita-
 tem quatuor Conciliorum scilicet Nizeni,
 Constantinopolitani, Ephesini, & Calcedo-
 nensis, dictum est §. 2.

Porro cum Decreta Pontificia habeantur
 quædam in Corpore Iuris Canonici quædam
 extra Corpus Iuris, Ea quæ in dicto Corpore
 seu libro continentur, veluti leges Canoni-
 cas, Pontificiales, authenticas & approba-
 tas, habenda, ac pro legibus indubiè servân-
 da esse, vim quoque obligandi habere etiam
 in foro animæ ad culpam mortalem, seu ve-
 nialem, iuxta materiæ gravitatem, est extra
 controversiam, ita communi sensu conve-
 nientibus Theologis & Iurisperitis apud
 Arabos, in c. Canonum statuta, de Constit. Alia
 Decreta seu Constitutiones Pontificiæ, quæ
 sunt extra Corpus Iuris, quanquam eandem
 habeant authoritatem, quando legitimè
 publicata sunt, quam habent vniuersa quæ
 in Iure Canonico continentur, cum diman-
 dent

XVI.

*Etiã ex-
 tra Corpus
 Iuris con-
 contenta
 post legi-
 timã pub-
 licatio-
 nem.*

nent à Principe eodem habente authorita-
 tem condendi leges. vt *Cap. Canonum, & ali-*
às in Iure traditur, & patet ex his quæ scri-
 bit Sylu. *V. Papa. n. 14.* Magna tamen etiã
 num viget controuersia, num Leges Ponti-
 ficie obligent totum Orbem ex sola pub-
 licatione Romana? Hanc quæstionem bre-
 uiter quidem pro ratione Instituti, suffici-
 enter tamen pro necessitate, vt mihi persua-
 deo, expediui *V. Casus reservatus. n. 70.* ni-
 hilominus quia hinc, & à validitate Priuile-
 giorum (de qua ceteroqui pariter egi di-
 uersis locis, vt *V. Absolutio quoad Sacular. n.*
42. V. Benedicere. n. 59. V. Priuilegium. n. 417.
420. & aliàs prout occasio tulit) omnium
 propè quæstionum huius libri resolutiones
 pendent. Iuvat hinc generatim utramque
 materiam pauld amplius expendere, magis
 que stabilire.

XVII. Quod igitur allegato loco *V. Casus reser-*
uatus, tradidi, licet ex Veriori sententia Pon-
 tificie Constitutiones, simul ac in Romano
 Curia promulgatæ sunt, omnem in toto
 Orbe Christiano vim obligandi habeant
 quantum est ex parte sua, ex usu tamen de
 praxi, peccati damnandos non videri, si ta-
 lem legem Pontificiam in sua Diocesi neque
 promulgatam, neque usu receptam non ob-
 seruent. Illud nunc magis confirmo per
 Legem Pontificiam in sua Diocesi neque
 promulgatam nec
 usu receptam non
 obseruans
 peccati
 damnandus non
 dicitur.

que nouissimè scribunt P. Lud. Engel in
 Man. Paroch. p. 2. c. 2. n. 24. & Streinius in
 Prolegom. Summ. Iuris Canon. §. 3. n. 1. ubi
 Azorium similiter secutus, multis ab eodem
 allegatis, ex recentioribus adiungit Molin.
 tr. 2. d. 395. Barbos. lib. 3. Rot. Decis. pag. 293.
 Reginald. l. 13. n. 156. Zixæu. Consultat. 1.
 le Constit. & l. 1. de. Iurisdic. c. 63. Rodriq.
 p. 1. q. 166. a. 2. Sa. V. Lex. n. 8. Nic. Sarar.
 le Legibus n. 56. qui omnes asserant factam
 Romæ promulgationem non sufficere, sed
 in singulis Prouincijs, aut Diacesibus (nisi aliter
 constitutum habeatur) debere fieri; nec etiam
 obligare, nisi acceptentur, tradit insuper n. 5.
 exemplo. c. in istis. dist. 4. & porro n. 7. idem,
 cit. videretur dicendum de statutis & Decretis SS.
 pontificum, qua solos Regulares concernunt,
 quando non sunt legitimè promulgata & accep-
 tata. Quamuis enim Religiosi omnes specialiter
 obedire teneantur supremo Pontifici, vt Supremo
 Ordinum Regularium Generali, quemadmodum
 in l. 1. de. Regulis explicat Rodriq. 1. q. 17. a. 3. ab eo que
 compelli possint ad acceptandum & obseruandum
 mandata sua, si tamen ex rationabili causa
 quod Superioribus relinquitur) acceptata non
 fuerint, ab omnibus videlicet, quando communia
 in Diocesibus sunt, aut maiori aut saniori parte, sub-
 iecti excusantur, nisi aliud in ipsa Constitutione
 seu Decreto expressum sit; Superiori autem cuius-
 libet

XVIII.

An idem
 dicendum
 de Decre-
 tis Ponti-
 ficum so-
 los Regu-
 lares con-
 cernentis-
 bus.

bet non tam attendendum est, quid aliorum Ordinum Prælati faciant, à quibus fortè Bulla non acceptatur, quàm quid Ordinis sui Supremus Magistratus velit, penes quem est etiam ab alijs neglecta aut reiecta admittere, ac suis prescribere. Quo in euentu tamen magis ex speciali voluntate Superioris Religiosi, quàm communi Ordinum, quibus imposuimur est mandarum, consensu obligatio manet. Ita Strein. ex Roderic. addit Aluifet de Priuil. Reg. S. i. c. 4. n. 16. etiam si in alia Dicecesi vel monasterio conetur Episcopus aut Abbas introducere v. g. Tridentinum (aliàs non receptum) & se illius conformare dispositionibus, id tamen minimè sufficere, neque etiam obesse priuilegijs contrarijs, quantumuis habeant limitationem & clausulam (quatenus sunt in vsu, & non aduersantur Trid. & SS. Canonibus) quia priuata voluntas particularis Prælati, non faciat Concilium esse receptum, siquidem verò reperitur alicubi receptum quo ad aliquid valituram, quo ad hoc, limitationem, sed non quo ad alia. Hæc ille. Authoritates & rationes plures vide apud Bertr. Loth. in Resolut. Belg. tr. 2. a. 2. De P. Engel videro addit. ad V. Casus reseruatus. n. 71.

Quoad Streinium obseruo perperam citari Rodriq. vtroque loco superius allegato, quod seduli Lectoris inquisitioni remitto.

Hæc

Hæc sanè istius expressa verba sūt .i. q. 6. a.
3. in fine ; Non videtur requiri, vt per Praesules
vel alios Pralatos in suis Territorijs publicentur,
quoniam secundum solum & consuetudinem
Curia sufficit promulgatio & publicatio in Curia
facta. Ipsi tamen Streinij opinioni magnū
pondus addit, quod cum omnes leges con-
ditæ sint, aut condi debeant in vtilitatem
subditorum, S. Thom. 1. 2. q. 9. a. 2. am-
plius autem iuxta Isidor. *relatum. c. Erit*
autem Lex; Lex debeat esse honesta, iusta,
possibilis, secundum naturam, secundum con-
suetudinem Patriæ, loco & tempori conueniens,
necessaria, vtilis, manifesta quoque ne aliquid
per obscuritatem incaptionem contineat, nullo
privato commodo, sed pro communi Ciuium vti-
litate conscripta, &c. Status Germaniæ mix-
ti sacroprophano-regiminis & fidei cum
tanta Heterodoxorum, quibus cum neces-
sario conuersamur, potentia, legum Apo-
stolicarum obseruantiam quandoque red-
dat (vt publica Imperij acta præter experi-
entiam quotidianam testantur) difficilli-
mam ne dicam moraliter impossibilem. Ad
hæc illæ ipsæ Constitutiones vtcunque sint
iustæ ; vtilis Patriæ vel etiam necessariæ,
non nisi studio singulari ex libris peregrini-
s non vulgaribus, paucis lectione priuatâ,
alijs incerto & confuso auditu innocescant
plerisq;

C

plerisque penitus incognitæ remaneant
 quanta etiam morum & actionum diffor-
 mitas? quanta animorum anxietas & scrupuli?
 Si nullo habito respectu publicationis & receptionis,
 tantæque communitatis ignorantia, obseruantia legum ad eò pau-
 cos constringit? talia certè incommoda,
 licet, quod ortum habeant nõ à Medico, qui
 quantum in se est salutaria præscribendo re-
 media, curare intendit, sed ab infirmo, qui
 sanari proteruè refugit, euacuare legem ius-
 tam & vtilem, nec debeant nec possint,
 mouere tamen quamplurimum solent quæ-
 doque legislatorem, vt legem, quam ani-
 maduertit occasionem esse ruinæ maioris
 potius, quàm salutis, vel tacitè vel etiam ex-
 pressè rescindat, aut saltem non nihil rela-
 xet, quemadmodum & in veteri testamen-
 to propter duritiam cordis permissum esse
 Iudæis dare libellum repudij legimus. *Mat.*
10. 5. & in Decreto Gratiani. *c. Denique. d. 4.*
 circa præceptum quadragesimalis Ieiunij.
 De ipsa die Dominica, scribit B. Gregorius
 Augustino Angelorum Episcopo: *Hæsi-
 mus quidnam dicendum sit, cum omnes Laici &
 Seculares illà die plus solito cæteris diebus accu-
 ratius cibos carniū appetant, & nisi non à qua-
 dam auiditate vsque ad medias noctes se ingur-
 girent, non aliter se huius temporis sacri obser-
 uationem*

rationem suscipere putant, quod vtrique non rationi sed voluptati imò cuidam mentis cacitati adscribendum est, vnde nec à tali consuetudine auerti possunt, & idè cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne fortè peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur, vt enim ait Salmomon Prou. 30. Qui multum emulgit, elicit sanguinem. Authoritates & rationes plures subministrant Barbos. in Collectan. Iuris Canon. 20. 5. ad c. In illis. D. 4. & to. 6. in pratermissis. re legim c. Erit autem Lex. Et Salas de Legib. Disp. 12. nec p. sec. 2. & Disp. 13. sec. 1. Cæterùm in hoc Doctores communiter conveniunt, si legem iustam, vtilem & necessariam Pontifex tulerit cum intentione obligandi omnes, absque vlla contradictione recipendam esse, nec licere eam rejicere, sed solà humili supplicatione eius abolitionem seu mitigationem peti, vt ex Carbō. c. si quādo. de Rescr. l. 3. de Legib. Disp. 10. & Valent. 12. d. 7. q. 5. p. 5. tradit Strein n. 5. Cuius factū singulare nostræ Provincialis Concilii Patrum circa Constit. Vrbani 8. Sanctiss. Domini nostri producā inferius. Copon. l. 1. Controu. 1. c. 3. n. 67. cum Sala & alijs vult interim suspensam esse Legis Obsequantiam, & si Princeps non respondeat, & aliud non constet, tunc reuocatam ceteri. Plura Lezana V. Leges regul. n. 18. & 19. Interim in ista re intricatissima, quàm

C 2

XIX.

Legem la-
tam à S.
Pontifice
quando
non liceat
reijcere.

XX.

Confessio-
rij mō

sit

ius unde
difficile
reddatur.

fit arduum certi quid in praxi statuere (si
tamen certitudo aliqua haberi poterit) ag-
nosce. Vnde & difficillimum quoque Cō-
fessarij munus meritò reputat Soler. in *tr.*
de luridic. Potest. Confess. in cuius Epistola
præliminari ad Confess. post enumeratas
aliquot huius difficultatis causas, sequen-
tia consideratione digna scribit; sed omnium
maximè rei difficultas pendet ex eo, quòd iudici-
um ipsum componendum sit, iuxta Canones, De-
creta Conciliorum, Constitutiones Pontificum,
Censurasque alias Ecclesiasticas, quæ non sem-
per & ubique eundem habent locum & usum,
vel enim ipsa, ut ad mores spectant, non parum
variantur pro temporum varietate, & negoti-
orum successione, ita ut sedulo distinguenda sint
sunt tempora ad ipsas discernendas, & iniunctis
conciliandas; tum etiam quia ex his Decretis &
Sanctionibus, alia in Corpore Iuris habentur
alia extra, unde extrauagantes dicuntur. Quo-
dam ipsarum sunt dispersæ & aded numerosa, &
incerta, ut frequenter habeantur incognita
Nauarr. de Irreg. Conf. 13. n. 1. & 2. tit. de Es-
Conf. 8. n. 4. Conf. 54. n. 6. cit. de Usuris
Conf. 34. n. 2. Contingit insuper sæpè priores ip-
sas Constitutiones Pontificum, Canones Con-
cilioꝝ, abrogari per posteriores, vel ex non rari-
per dissuetudinem, & sæpè per Præuilegia in con-
trarium obreant tum etiam quod istarum Con-
fessio

stitutionum alia reperiantur ex toto non esse in usu, alia ex parte quadam observantur in vno gentium loco, & non in alio; & quod precipue hic notandum, stylus seu praxis Curia Urbis Romana in ipsis apud nonnullos viget, & apud alios stylus Orbis praeualet, iuxta antiqui iuris in contrarium observationem, ita ut saepe quadam ipsorum solum Cismontanos seu Italos obligent & Transmontanos excusent, adeo ut mirum non sit, si inter Auctores etiam Classicos de hac morali Theologia, seu de Casibus Conscientiae aliter nuncupata, non semper omnium vna circa eandem questionem decisio opinionum reperiat. Hæc ille. Augentur istæ difficultates quam plurimum ex diuersitate Religiosorum Ordinum, quibus & peculiaria sæpissimè præscribunt vel concedunt SS. Pontifices, & ipsi Ordines, suo quisque accommodauit instituto; quã ob rem, quod, qui materiam regularem tractarunt, durissimum plurimorum subire solent iudicium; qui tractaturi iamiam operi manum & calamum applicabant, à tabula retraxerint, quod nec certi aliquid in tanta rerum varietate, vel constantis doctrinæ tradi possit, ac eo ipso dum quis scribendo occupatur, aliud in Vrbe decernatur, neque satis tutum sit propter communem usum ac stylum Orbis, Urbis stylum & morem deserere; cùmque Præuilegia legitime

gitimè concessa sint, hæc ipsa tamen magis
 in dies restringantur, ac penitèd etiam an-
 nullentur. Hæc, inquam, me quoque non
 parum detinuere suspensum; vicit tamen
 necessitas, & specialis ex Regula Minorita-
 na Sedi Apostolicæ voto firmata subiectio,
 & vt calamum ad scribendum, & quæ con-
 scripsi ad prælum venire concluderem; quid
 enim agerem? nescire certè non licuit, quo-
 rum ignorantia æquè vel magis quàm ipsa
 transgressio reum facit. Scrutatus ergo sum
 SS. Canones, & quid ab homine meæ Re-
 ligionis & Regionis requirant, quâ potui
 solertiâ, indagavi, id què ad ipsum Sanctuarii
 pondus expendi, nunquid ipse Canonum
 Conditor alibi immutârît, aut per expressa
 Priuilegia remiserit, vel eius concessione
 Præpositi Religionis suo viuendi instituto
 attemperauerint, vsuque (cui quantum eti-
 am in iure deferatur, videre licet *c. Cum
 tanto. de consuet.* Cum Gl. & alibi sæpius ac
 in Summula n. 416.) firmauerint. atque ho-
 rum omnium quotquot habere potui testes
 conuenientes, viros, inquam, Doctos rerù
 Ordinis peritos consului. Quæ tandem in
 vnam aliquam congeriem digessi; diges-
 ta porrò supprimerem? atqui hoc ipsum
 non minor culpa fuit, quæ salubriter insti-
 tuta sunt, negligenter haberi, obliuioni per-
 mittere,

tamen in itinere, cæcâ quadam consuetudine duci ac
 rûs etiam velut ex legem viuere, prout cuique propri-
 quoque us sensus suggesserit, Quos igitur Spicarum
 viciniam manipulos messorum vestigia legens colle-
 la Mungi, ad Sacerdotem detuli atque legitimo Su-
 Subsuperiorum Iudicio commisi saltem vt in his
 & quæ certiora doceret ipse, si ad aliorum notitiam
 uiderem venire consultum non ducerent.

**§. 8. Quid valeant Rescripta
 Apostolica, Decreta S. Con-
 gregationis, Decisiones
 Rotæ? &c.**

- 21. Decreta à Papa emanata quæcunque eti-
 am extra Ius commune & concilia vagan-
 tia vim obligandi habent.
- 22. In foro externo quæ Decreta SS. PP. præ-
 ponderent aliis.
- 23. Declarationes Cardinalium an vim legis
 obtineant.

Quæcunque Decreta à Papa emanata,
 siue sint Bullæ, siue Breuia, Rescripta,
 & alia huiusmodi, quocunque nomine nuncupentur,
 extra Concilia, & Ius commune vagantia,
 eadem vi pollere ac Canones in dictis Con-
 ciliis

XXI.
 Decreta à
 Papa ema-
 nata qua-
 cunque eti-
 am extra
 Ius com-
 mune &
 Conc.

C4

ciliis

Conc.